

**R. P. Ferdinandi De Castro Palao, Legionensis Soc. Iesv,
Sacræ Theologiæ Professoris, Et sanctæ Inquisitionis
Qualificatoris & Consultoris; Operis Moralis, De Virtvtibvs,
Et Vitiis Contrariis, In ...**

De Censvris, In Qva Sex Dispvtationibvs De Poenis Ecclesiasticis, déque
Irregularitate fusè tractatur, cum Indicibus necessariis

**Castro Palao, Fernando de
Lugduni, 1669**

§. 1. De primo effectu interdicti, qui est priuatio aciuia & passiuia
Sactamentorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76667](#)

de sententia excommunicat. in 6. Et notauit platiēs referens Sayrus lib. 5. thesaur. cap. 11. à num. 2. Ut vero licet feratur, debet ferri in scriptis, & ibi exprimi causa ob quam feriū, & exemplar tradi parti intra mensam si perierit, alioquin interdicas ab ingressu Ecclesie per mensam erit ipso iure suspensus. Quæ autem monito requiratur, & quando appellatio suspendat executionem censuræ, sufficienter dictum est disp. 1. §. 2. huius tract.

P V N C T V M IV.

De effectibus Interdicti.

Consueta Interdicti quatuor effectus enumerant Doctores 1. Priuatio actiua, & passiva sacramentorum. 2. Priuatio actua diuinorum officiorum. 3. Priuatio actiua, & passiva Ecclesiastice seipultura. 4. Priuatio ab ingressu Ecclesie. Hi effectus non sunt annexi cuilibet Interdicto, sed pro voluntate imponentis plures, vel pauciores effectus comprehendere Interdictum potest. Equidem si Interdictum absolute feratur, omnes prefatos effectus comprehendit, quia ex se omnes illos habet, & non est aliqua ratio cur portus unum quām aliud recipiatur effectum. At si ex voluntate imponentis Interdictum restrictionem accipiat, cum tantum effectum comprehendet, quem interdictus voluerit. Argum. cap. non est voluntas de sponsalib. Et tradit. Sylvest. verbo interdictum 3.9.7. Navarr. cap. 2.7. num. 1.8.3; Henr. lib. 1.3. cap. 2. num. 3. & cap. 43. numero 2. & capite 1. num. 4. Sayrus lib. 5. thesaur. cap. 11. num. 2. Aula 5. pars. disp. 4. in pinc. Bonac. tom. 1. disp. 5. part. 3. in 3.

§. I.

De primo effectu Interdicti, qui est priuatio actiua, & passiva sacramentorum.

1. Ex vi interdicti administratio, & recepcionem sacramentorum prohibita est.
2. Excipitur baptismus parvulorum.
3. Hoc administratio potest, & debet esse solemnis.
4. Nec refut. an Interdictum sit locale generale, an speciale.
5. Persona generaliter interdicta hoc sacramentum ministrare potest, specialiter vero in casu necessitatis.
6. Quod dictum est de Baptismo, dicendum est de Sacramento Confirmationis.
7. Persona generaliter interdicta hoc sacramentum recipere, & ministrare potest, & specialiter.
8. Sacramentum Penitentia omnibus concordit, duplice conditione apostolia.
9. Eucharistie sacramentum tempore Interdicti localis, & personalis generalis potest & debet ministrari iis qui sunt constituti in probabili mortis periculo.
10. Qualiter hoc viaticum ministrandum sit.
11. Extra periculum mortis nec licetum est ministrare Eucharistiam, nec illam recipere in loco interdictio, nec a personis generaliter interdictis.
12. Negat communis sententia in quatuor festiuitatibus contentis in cap alma mater de sententia excommunicat. lib. 6. posse Eucharistiam recipi, & ministrari.
13. Verius est oppositum.
14. Quibus ex priuilegio competit Missa sacrificio assisterem tempore Interdicti, negat communis sententia posse Eucharistiam recipere.
15. Satis probabile est oppositum.
16. Sacramentum extremae unctionis in nullo Interdicto locali, vel personali ministrari licet potest.
17. Item nec clericis tempore Interdicti concessum est sacramentum ministrare, vel recipere.
18. In illis festiuitatibus in quibus conceditur fidelibus diuinorum participatio, non censetur concessa extrema unctionis.
19. Religiosi mendicantes, & qui horum privilegii communicant, ministrare, & recipere hoc sacramentum tempore Interdicti possunt.
20. Si infirmus nullum aliud sacramentum recipere possit, poterit illi extrema unctione ministrari.
21. Sacramentum Ordinis in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis nullo modo conferri potest. Bene ramus generaliter interdictis in loco non interdicto.
22. Sabbato an dō in loco interdicto conferri Ordines non possunt.
23. In casu necessitatis alecuius protinō bene posset sacramentum Ordinis ministrari.
24. Sacramentum Matrimonii negant plures in loco interdicto, vel personis generaliter interdictis ministrari, vel re-sipi posse.

25. Oppositum verius censeo.
26. Satisfactio fundamento contrario.
27. Specialiter interdicti à matrimonio contrahendo remouentur.
28. Tempore interdicti benedictiones nupciales conferri non possunt.
29. In illis quatuor festiuitatibus licita est nuptiarum solemnitas, & publica benedictio.
30. Qualiter hec benedictio prestari possit, si coniuges interdicti existant.

Constat administrationem, & receptionem sacramentorum prohibitam esse, exceptis casibus in iure expressis. Vt deciditur cap. responsio, de sententia excommunicat. & cap. 5. sententia eadem tit. in 6. Et tradunt Doctores referendi. Videntur ergo est quæ sacramenta ab hac prohibitione excipiatur.

Primo excipitur Baptismus parvulorum, qui tempore cuiuscunq[ue] Interdicti concedendus est ob eius necessitatem. Vt habetur cap. non est vobis, de sponsalib. Cap. quod in re de dependent. Gremiis. Et ibi Glosa, & Doctores. Postmodum haec concessio extensa fuit ad Baptismum cuiuscunq[ue] adulti sive sanis, sive infirmi ex Texitu explesio in cap. quoniam de sententia excommunicat. in 6. Nam est sola contionione quæ votum Baptismi non recepti includit, saluari adulterus posset, cum per ipsum non stat illius receptio; at quia difficile haec contrito haberi potest, noluit Ecclesia quæ pia mater est, hoc beneficium hominibus denegare.

Hæc administratione potest, & debet esse solemnis in Ecclesia interveniente catheclis, patrinis, aliusque Ecclesia ritibus conseruit, quia haec accessoria sunt Baptismo, quod est permisum. Neque enim censendus est permitiri Baptismus alteri fieri, quām de iure faciendus prescribitur: sicut ex communione notant Navarr. c. 27. num. 177. Henr. lib. 13. c. 45. n. 1. & c. 53. n. 4. Sayr. lib. 5. thesaur. c. 7. n. 3. Suar. disp. 3.3. set. 1. à n. 2. Aula 5. p. disp. 4. set. 1. sub. 4. coroll. 1. Bonac. 1. disp. 5. p. 2. n. 2. Paul. Layman. lib. 1. num. 1. et. 5. par. 4. cap. 2. num. 1. & alij passim. Quod adeo verum est, ut si foris non sit beneficius, poterit benedic; nam esto ad solemnitatem Baptismi requiratur aquam tantum esse benedicat; quia tamen consuetum est fontis benedictionem pro baptismo ministrando premiti; ea de causa, hac benedictio licet, vt cum debita solemnitate hoc sacramentum ministeretur. Sicut adiungit Suar. disp. 3.3. set. 1. n. 2. Alter. de interdicto disp. 4. cap. 1. & 2. Bonac. disp. 1. p. 2. § 1. num. 2.

Neque refut. an Interdictum locale generale, an speciale. Quocunque enim Interdicto existente sue generali sue speciali Baptismus apertis ianuis, & consueta solemnitate ministrandus est, ac si Ecclesia illa interdicta non esset. Nam esto in cap. responsio de sententia excommunicat. & cap. non est vobis, de sponsalib. sermo sit de Interdicto generali. At in cap. quoniam de sententia excommunicat. in 6. absolutum dicitur tempore Interdicti licitum esse huius sacramenti administrationem, neque ibi distinguuntur de Interdicto locali generali, vel speciali; neque distinguendum est: vt ex communione docet Henr. cap. 4.5. numero 3. Suar. disp. 2.3. set. 1. numero 2. Coninch. disp. 2.1. dub. 2. num. 40. Sayr. lib. 5. cap. 7. num. 4. Bonacina disp. 2. p. 3. § 3. numero 3. & alij plures apud ipsos.

Sed an persona interdicta possit hoc sacramentum solemniter ministrare? Constat est sententia posse si generaliter interdicta sit, quia generale personale Interdictum art. 1. non ligat quām generale loci, quo non obstante permititur Baptismus ministratio. Atque ita pro certo supponit Filiius tract. 18. cap. 1. num. 3. Bonac. disp. 1. p. 2. § 1. num. 5. Personam vero specialiter interdictam in casu necessitatis, atque adeo priuilegiis baptizare posse omnes Doctores docent. Sed an celusa necessitate sollemniter id fieri possit? difficultate non erat, quod sic ut non obstante Interdicto speciali locali, posset in eo loco ministrari hoc sacramentum, sic videtur ministrari posse à persona specialiter interdicta eius Interdicto non obstante, quia haec concessio non ob ministrum, sed ob baptizandum facta est.

Ceterum longè verius est id permittendum non esse, quia his personis sicut & excommunicatis nullus est favor conceitus, qui necessarij foret, si secula necessitate Baptizandi sacramentum ministrare possent. Sicut tradit. Sayr. lib. 5. thesaur. cap. 7. n. 6. Suar. disp. 2.3. set. 1. n. 8. Filiius. tr. 18. c. 1. n. 3. Alter. de interdicto disp. 4. c. 1. circa finem. & c. 2. sub finem. Bonac. c. 1. disp. 1. p. 2. § 1. n. 5.

Quod dictum est de Baptismo, dicendum est de Sacramento Confirmationis, nam esto non sit sacramentum necessitatis, est tamen Baptismi accessoriū, & illius quasi complementum, id est concessio Baptismo hoc censetur concessum non vicecumque, sed cum omni sua solemnitate, apertis ianuis sicut si Interdictum non esset. Argum. leg. si quando. Cod. de inofficio restat, quia uno concessio conceduntur ea cum quibus praestari solet. Et sumitur ex capitulo quoniam de sententia:

excommunicat. in 6. vti notarunt Sylvest. verb. interdictum. s. 9.7. Nauart. cap. 2.7. num. 178. Couaru. 2. p. §. 2. num. 7. Henr. lib. 1. 3. cap. 4.5. Suar. disp. 3. 3. sed. 1. num. 7. Aula 5. p. de censor. disp. 5. sed. 1. dub. 4. conclus. 3. Sayrus lib. 5. c. 7. num. 6. Bonac. disp. 1. p. 3. §. 1. n. 4. Barbos. alleg. 3. 1. num. 3. Additur præterea in *supradicto cap. quoziam* post chrifma confaci in loco etiam specialiter interdicto, quia est necessarium Confirmationi, & concessa Confirmatione concedi debetur quia ad illam conficiendam necessaria sunt leg. ad rem, & leg. ad legatum ff. de procurator. & defensorib. Et licet communis sententia quam docuit Couaru. Henr. Bonac. & alij, doceat hoc chrisma conficiendum esse feruata moderatione cap. alma mater. At August. Barbosa 2. p. de porest. Episcop. alleg. 3. 1. Paul. Layman. lib. 1. summa tract. 5. par. 4. cap. 2. num. 1. non improbabilius censent id necessarium non esse, tametsi expeditus fit, quia texus in capite. alma non fuit expeditus ad ampliandam Interdicti prohibitionem, & abrogandos casus, in quibus Interdicti prohibicio locum iure antiquo non habebat, sed expeditus fuit ad temperandum rigorem illis in casibus in quibus prohibitus Interdicti vim habebat. Cum autem iure antiquo ministratio Confirmationis, & consecratio chrismatis abque villa moderatione cap. alma mater permulta fuerit, nullatenus censeri id debet sublatum ex textu in cap. alma mater. Præterquam quod huiusmodi textus moderationem apponit in sacrificio Missæ, & sacrificiis diuinis que singulis diebus dicuntur at consecratio chrismatis sub his officiis diuinis quotidie dicendis non concinventur; partim quia non dicitur, sed conficiuntur, partim quia non singulis diebus, sed singulis annis peraguntur.

Quoad personam interdictam si generaliter dicta sit, nec prohibetur hoc Sacramentum Confirmationis recipere, nec ministrare, quia non est in culpa. At si sit specialiter interdicta, sicut est qui causam interdicto dedit, nequam hoc Sacramentum recipere licet potest, nisi prius satisfactionem exhibuerit, aut si cam præstare non possit cautionem pignorariant, sive fiduciariant, vel falem iuratoriæ præstent. Argum. cap. alma mater, vbi a Sacramento Penitentia hi interdicti excluduntur, ea conditione non apposita. Ergo a fortiori excludi dicens a Sacramento Confirmationis, vt notarunt Suar. disp. 3. 3. sed. 1. num. 9. Alterius de interdicto, disp. 4. cap. 2. dub. 2. Filiuc. tract. 18. cap. 2. num. 35. Bonac. 1. disp. 5. p. 3. §. 1. num. 4. Quinimmo hic specialiter interdictus nec licet potest hoc sacramentum ministrare, sed habendus est ac si esset excommunicatus. Nam in cap. 3. sententia de sententi excommunicatis, lib. 6. & cap. Clerici. & cap. laores de Clerico excommunicante, tam excommunicati quam interdicti prohibentur administrare diuina: a qua generali prohibitione non excipiuntur specialiter interdicti. Sicut docuerunt Suar. num. 12. Filiuc. n. 35. Bonac. num. 8.

De sacramento Penitentia dicendum est, eti iure antiquo soli moribus & peregrinis conceffum fuerit. Cap. quia in te penitent. & remiss. at iure novo omnibus concedetur dupli conditione apposita in cap. alma mater de sententi excommunicatis, lib. 6. Prima conditio est, ne recipiens sacramentum Penitentia excommunicatus sit non qualiter excommunicatione; sed excommunicatione incurfa, eo quod pertinet interdicti caufam dederit, vti placet Sylvestro verb. interdictum s. num. 9. Armilla eodem, num. 45. quia cum Pontifice in d. cap. alma, statut modum in Interdicto sequendum, verisimile est non de alio excommunicato, quam ob caufam Interdicti locutus esse. Quod si de qualibet excommunicato confessore locutus, intelligi debet exceptio, ne possit excommunicatus Penitentia sacramentum recipere abolitioni solemnis ab excommunicatione accepta, bene tamen absolutione priuatum suscepit, quam quilibet Sacerdos non impeditus præstare poterit extra mortis articulum, si reserata non sit, secus si fuerit reserata, aut imposita ob caufam Interdicti. Ut docuerunt Suar. disp. 3. 3. sed. 1. num. 15. Aula 5. p. disp. 4. sed. 1. dub. 3. conclus. 4. Bonac. disp. 5. p. 3. §. 3. numero 1. Filiuc. tract. 18. o. 2. num. 3. Bonac. disp. 5. p. 3. §. 3. num. 2. Secunda conditio, ut absolvens causam culpabilium Interdicto dederit: nam eo casu prius satisfactionem condignam exhibere, vel de satisfaciendo idoneam cautionem scilicet pignorariant vel fiduciariant præstare quo dicitur posse, iurare debet se cum primum possit satisfactum. Vt cauerit in dicto cap. alma mater, & notarunt Suar. Aula, Filiuc. Coninch. Bonac. loc. alleg. Quod dictum est de receptione huius sacramenti, dicendum est de eius administratione: posse inquam administrari in loco interdicto, & à persona generaliter interdicta. Secus vero à persona que specialiter interdicta sit, quia hinc qualibet sacramentorum ministratio extra casum necessitatis prohibetur. Sicut docuerunt Suar. dicta sed. 1. num. 20. Coninch. dub. 2. n. 46. Filiuc. tract. 18. o. 2. num. 3. Bonac. disp. 5. p. 3. §. 3. num. 2. An vero administratio Penitentia ab interdicto denunciato facta valda sit; merito dubitar Suar. eo quod Interdictum non iurisdictione, sed diuinorum ysi priuet, idéoque probabilitas censeo ex vi huius censuræ non reddi dictam administrationem invalidam. Sicut indicauit Filiucius dictio nu-

mero 38. & tradit expressè Bonacina 1. disputat. 3. pum. 3. §. 3.

Quoad sanctissimum Eucharistia Sacramentum attinet, dicensum est tempore Interdicti localis, & personalis generalis posse, & debere administrari his qui sunt constituti in probabili mortis periculo, vel ob infirmitatem vel ob alienam causam extrinsecam, qualis est nauigatio diuina; præstatio, partem difficilis, condemnata; o ad mortem, dummodo causam Interdicti non dederint, nec fuerint aliunde specialiter interdicti; colligitur ex cap. quod in re, de penitenti. & remiss. & cap. permittimus de sententi excommunicant. Interdicto autem specialiter ministrari poterit, si prius satisfactionem condignam exhibetur, aut de satisfaciendo cauionem pignorariant vel fiduciariant præstent; vel si acutum possit, recte se cum primum possit satisfactum iuxta texum in cap. alma mater, de sententi excommunicat. lib. 6. vti ex communione sententia docet Sayrus lib. 5. c. 7. n. 20. Suar. disp. 3. 3. sed. 1. num. 24. Coninch. disp. 7. dub. 2. n. 4. Filiuc. tract. 18. cap. 2. num. 39. Alterius de interdicto, disputat. 4. cap. 4. Bonac. 1. disp. 5. p. 3. §. 2. num. 11. Layman. lib. 1. summa tract. 5. pum. 4. cap. 2. num. 2.

Debet autem hoc viaticum solita solemitate, & honore deferti clericis aliquique sacerularibus comitibus, candeli accensis, & cymbalis puluis: sicuti colligitur ex cap. 3. de celebraz. missar. Et adiungit Nauart. cap. 27. n. 179. Couaru. alma mater. 2. p. 8. 2. n. 7. Sayrus lib. 5. cap. 7. num. 26. & cap. alma mater. 2. p. 8. 2. n. 7. Sayrus lib. 5. cap. 7. num. 26. & cap. 2. num. 2. Bonac. disp. 5. p. 3. §. 2. num. 1. Suar. Coninch. Laym. Aula. Alienus locus allegans; quia quoties in iure aliquid permitteatur, censendum est permitti prout confundendine fieri; recipuum est. Nequit tamen sacerdos Eucharistiam defers horas Canonicas, aliudue officium diuinum recitare, bene tamen aliquos psalmos, & orationes non per modum officii diuinum, id per modum diuina laudis in tanti Sacramenti honorem, & comitantium deuotionem, vt bene adiungit Sayrus. & Bonac. supra. Delato Sacramento, licitum est sacerdoti populo ostendere adorandum, illiq; cum ipso benedicere quia per Interdictum non prohibetur Eucharistæ ysi, ostensio, & adoratio in Missæ sacrificio, vt bene Suar. disp. 3. 3. sed. 1. num. 27. Sayrus c. 7. n. 28. Item poterit concedere solitas indulgencias, quia illam confessio præter quam quod ex confundendine delationi viatici accessoria sit, non est officium diuinum, sed actus iurisdictionis qui per Interdictum non prohibetur. Sicut docuerunt Henr. lib. 1. 3. cap. 45. num. 2. Vgolm. tab. 1. 7. §. 5. Sayrus lib. 5. c. 7. n. 26. Bonac. d. disp. 5. p. 3. §. 2. n. 1. & alij. Adeo haec omnia fieri posse coram interdictis, vt docuit Nauart. cap. 27. numero 179. Henr. cap. 4. 5. n. 2. Aula 5. p. de censur. disputat. 4. sed. 1. dub. 5. conclus. 4. Sayr. cap. 7. numero 28. in fine.

Ex parte periculum mortis conuenient omnes neque licet esse administrare sanctissimum Eucharistiam, neque ilam recipere in loco interdicto, neque à persona generaliter interdicti, etiam innocentes sint, quia iure antiquo hac administratione & receptione prohibita est. Cap. quod in re de penitenti. & remiss. & iure novo concepta non est præter Missæ sacrificiis celebrationem. Cap. alma mater de sententi excommunicatis lib. 6.

Hinc oritur ratio dubitandi pro quatuor festiū ratiōnib; an: ni. Natalis Domini, Paschæ, Pentecostes, & Alsumptionis B. Virginis, quibus in cap. alma concessum est omnibus fideliibus, vt tempore latere dicti localis, vel personalis diuina paticipare possint, dummodo caufam Interdicti non dederint, aut al: si non personaliter interdicti, an inquam illis temporibus sumere Eucharistiam, illiq; ministrari permisum sit; Negat communis sententia in dicto cap. alma mater, vbi Couaru. 2. p. 8. 5. num. 5. Nauart. cap. 27. num. 279. Henr. lib. 1. 3. cap. 45. num. 2. Sayrus lib. 5. cap. 7. num. 25. Galp. Flavido difficult. 7. num. 26. Aula 5. p. disp. 4. sed. 1. dub. 5. conclus. 1. Bonac. disp. 5. p. 3. §. 2. num. 12. aut apud ipsos. Documenta in predictis festiū ratiōnib; solū permisuntur celebrari diuinæ officia, & à fideliibus participari, si nullum efficit latere dictum. At sacramentorum receptio, & administratione diversa est a diuinis officiis, vt constat ex cap. 3. de sententi excommunicatis 6. & cap. Episcoporum de Privilegiis codem lib. Ergo ex consecratione diuinorum officiorum illa receptio, & administratione non censetur concepta, quia à diuinis, & separatis officiis est facienda illatio. Argum. leg. Papirianus exuli. ff. de Minoribus. Præterea Pontifex in predicto cap. alma mater solū agit de Missæ celebratione, & qualiter officia diuina tempore latere dicti celebrari possint, nihilque agit de sacramentorum receptione, vel administratione. Ergo prohibito tempore latere dicti iure antiquo statura, ne sacramenta recipientur nullum mutationem accepte ex d. alma mater.

Ceterum esti haec sententia sit valde probabilis, veriori; repeto illis festiū ratiōnib; licet sacerdotibus Eucharistiam ministrare, & laicos recipere, prout inclinat Paludan. in 4. d. 18. q. 8. art. 2. princip. cond. 7. Federic. conf. 111. num. 5. Suar. disp. 3. 3. sed. 1. num. 37. Coninch. disp. 5. dub. 2. num. 36. Filiucius tr. 18. cap. 2. num. 3. 2. Moutor quia in omnibus sententiis

gentia illis festivitatibus conceditur omnibus Christi fidibus non solum assistere diuinis officiis, sed Missa sacrificio; at iure antiquo omnibus assistentibus Missa sacrificio concessum erat de ipso sacrificio communicando participare. Ergo modò etiam id debet censei concessum. Et forte ob hanc causam Textus non fuit vobis affis-
te, sed participare, ut ex colligetur non solum ex sacrificio Missa, & diuinis officiis fideles assistendo, sed sacratissimum Christi corpus communicando participare posse. Deinde specialiter interdicti, seu illis qui causam Interdicti dederunt prohibetur in dicto capitulo Eucharistiam accipere, ergo ratice alii conceditur, quia exceptio vnius firmat regulam in casibus non exceptis; alias fructu eset haec exceptio, si omnes tam interdicti, quam non interdicti, & tam interdicti specialiter quam generaliter exclusi à communione essent. Et ex his soluitur apostola ratio dubitandis.

¹⁴ Huius questionis affinis est quam mouent Doctores de Sacerdotibus, aliquis clericis quibus concessum est celebrare sacrificium Missae, & diuinia officia. Et eadem questione est de his quibus ex privilegio competit diuinis assistere in inquam omnes hi Eucharistiam more laicorum recipere possunt; Negan in dicto capitulo alma mater grauissimi Doctores, Anchard. n. 8. Philippus Francus ibidem in fine. Couarru. 2. p. 8. numero 1. & 5. n. 5. Nauarre. 27. n. 178. Henr. lib. 3. c. 4. 5. num. 24. Vgolini tab. 5. cap. 7. 8. 6. num. 5. Sayrus lib. 5. c. 7. num. 21. Bonac. 1. disp. 5. p. 3. §. 2. n. 8. Aula 3. p. disp. 4. sec. 1. art. 5. conclus. 3. Paul. Layman. lib. 1. sumtr. 5. par. 4. cap. 2. num. 1. Gaspar. Hurtado in de interdicto, different. 8. num. 2. & alijs. Moventur, quia iure antiquo prohibita era Eucharistia adcepere nisi morituri. Cap. quod in te de penitent. & remissionib. qua prohibitione recedit nequit nisi quatenus iure novo intenueatur permisum. Argum. Clem. 1. 6. parro de verbis significatis. At iure nouo sola receptio Eucharistia in celebratione Missae perimitur sacerdotibus, ne sacrificium imperfectum esset. Cap. alma mater, de sententia commun. lib. 6. Ego extra hunc calum nequam su-
pradii recipere Eucharistiam possunt.

¹⁵ Nihilominus valde probabilem existimo sententiam Sylvetti, verbo interdictum, s. 7. Suar. disp. 1. 3. sec. 1. num. 3. & 36. Filiius tract. 1. 8. cap. 2. num. 2. & aliorum recentiorum, afferentem omnibus illis, quibus ex privilegio competit Missa sacrificio assistere posse, concessum consequenter esse, posse communicare, quia ea assistentia à tempore nascientis Ecclesie secum annexam habet sacram communionem, idque concessio primo, accessiorum censendum est sic con-
clusum.

Ex his constat Religiosos sue viros sue feminas & nouitios, quibus datum est sacrificio, aliquis officiis diuinis assistere posse sacram Eucharistiam recipere. Praterquam quod directe hoc privilegium suscipiendo Eucharistiam omnes fieri Religiosi habent, ut constat ex his que se feruntur in Compend. principiis. Societ. Iesu, verbo interdictum, & verbo communione. Et à Nauarre. cap. 27. num. 179. Henr. lib. 3. cap. 4. n. 2. Sayro lib. 5. c. 7. n. 2. 3. Paulio Laym. lib. 1. sumtr. 5. par. 4. cap. 2. num. 2.

¹⁶ Porro si de sacramento extrema Vunctione loquamur, confessus est omnium sententia in nullo Interdicto locali, vel perso-
nali ministri posse laicos ex decisione Textus cap. non est vobis de sponsalib. Cap. quod in te de penitent. & remissionib. Nam etsi hoc Sacramentum sit valde morientibus profectum quia tamen per se necessarium non est, ea de causa suis fidibus ad maiorem terrenum censure, & observationem Ecclesiasticae disciplinae Ecclesia tempore Interdicti denegavit, ita ut neque in loco Interdicto, neque à personis interdictis adminis-
trari, vel recipi permitterit.

Quod si roges qua de causa Ecclesia permisit Eucharistiam infirmis deferri, non vero extrema Vunctionem, esto Eucharistia non sicut simpliciter morientibus & sacramentum Penitentia recipiens, absoluta necessaria? Respondeo cum Panormit. in cap. quod in te num. 9. de penitent. & remissionib. in administratione Eucharistia non confessi sacramen-
tum, sed confectum concedi, secus in ministracione extrema Vunctionis. Deinde recipere Eucharistiam in articulo mortis inter diuinum obligatum, cum obligationem de extrema Vunctione Doctores non agnoscunt. Item Eucharistia est omnium sacramentorum nobilissimum, & pignus aeternae gloriae, praefabat ergo hoc concedi morientibus, tamen extrema Vunctione denegatur.

¹⁷ Solum est dubium, an Clericis quibus concessum est tem-
pore Interdicti sacrificio & diuinia officia celebrare, conce-
ssum etiam sit hoc Sacrementum ministrare, vel recipere? Ra-
tio difficultatis desumitur ex regula: Cui maiora concedun-
tur & minoria intelligi debent concessa. Cum igitur celebra-
tio sacrificij, & Eucharistia receptio tempore Interdicti cleri-
cis concedatur, easler debet extrema Vunctione, ut potest inferior, concessa. Sed oppotuit omnino censendum est, ut pro
certo tradunt Panormit. in dicto cap. quod in te num. 9. Sylvetti.
verb. interdictum s. num. 8. Couarru. c. alma. 2. p. §. 5. num. 6.
Sayrus lib. 5. c. 7. num. 3. Bonac. disp. 5. p. 2. §. 3. num. 4. & colli-

giatur ex dicto cap. quod in te de penitent. & remissionib. vbi postquam Pontifex dixerat omnibus tempore Interdicti pro-
hibicte esse extremam Vunctionem, & Ecclesiasticam sepulta-
tam; subdit sepulturam Ecclesiasticam clericis tenuantibus
Interdictum concedendam esse, tacite ergo prohibitionem ex-
trema Vunctionis in suo vigore reliquit. Argum. cap. Nonne de
prol. sumpt.

Hinc deciditur, an in illis festivitatibus in quibus in cap. 18
alma mater, conceditur fidibus diuinorum participatio, cen-
featur concessa extrema Vunctione? Affirmat Federic. de Senis
conf. 11. Syl. verb. interdictum s. n. 3. Moveri possunt, quia sancta
Vunctione inter diuinam reputari debet, & quia prout legum Principis quale est concessum in dicto cap. alma mater, latè est in-
terpretandum, ut de qualibet officio diuinio, & cuiusvis facti
participatione intelligatur. Haec doctrina nullatenus sustinea-
da est, id est quia eam reprobant communiter Doctores, Couar-
ru. dicto cap. alma. 2. part. §. 5. num. 6. Vgolini. tab. 5. cap. 8. §.
1. Sayr. lib. 5. cap. 7. num. 3. Bonac. 1. de censor. disp. 5. p. 3. §. 3.
num. 4. & alijs passim. Etenim cum extrema Vunctionis prohibi-
tio tempore Interdicti ab soluta sit, & in cap. alma, non inuen-
tiatur tempore pro dictis festivitatibus, nam ibi non quo-
rumlibet diuinorum participatio conceditur, sed sacrificij, &
officiorum diuinorum sub quibus extrema Vunctione non com-
prehenduntur, assidenter est non esse licitum eo tempore mi-
nistriare, vel recipere extrema Vunctionem. Neque priuile-
gium Principis ultra proprietatem verborum extendendum

Religiosi vero mendicantes, & qui eorum priuilegiis com-
mun cari ministriare, & recipere hoc Sacramentum tempore
Interdicti possunt ex privilegio velato in compend. Minor. ver-
bo Vunctione extrema. Et in compend. priuilegior. Societ. Iesu, verbo
extrema Vunctione, & alius quorum meminuit Henricus libro 13.
cap. 4. num. 5. Sayr. lib. 1. cap. 7. n. 3. 2.

Ad extrema placet referre quod bene adiutit Chapea.
26
Ad modo administrandi Sacramentum in tempore perficio, cap. 4.
q. 3. Layman. lib. 1. sumtr. 5. par. 4. cap. 2. num. 1. vers. de sacra-
mento, si infirmus nullum alud Sacramentum recipere possit,
posse illi extrema Vunctionem ministriare ex præsumpta Eccle-
siæ voluntate, quia non est credendum Ecclesiæ suis fide-
bus. & maximè morientis subdiuina Sacramentorum denega-
re velle, maximè cum salus æternæ infirmi sacramento non
recepto non leviter periclitetur, cuius periculum maxima ex-
parte temporum Sacramento extrema Vunctionis recepto.
Quinimo ut recte adiutit Sayrus lib. 1. cap. 7. num. 3. presta-
ter fauè, ut summus Pontifices omnibus morientis hoc Sacra-
mentum sicut & Eucharistiam permittere, tum ob eius utili-
tatem, tum ob necessitatem, quia aliquando cuenire potest, ut
omisso huc Sacramento infirmus in æternum perire, qui si il-
lud suscipiat salutem æternam obrineret, ut late prosequitur
Card. n. Bellarmin. nostra Societas Iesu decus, & ornamen-
tum tractat de extrema Vunctione cap. 8.

Rursus de Sacramento Ordinis certa sententia est in loco
interdicto, vel personis specialiter interdictis nullo modo con-
ferri posse, bene tamen generaliter interdictis in loco non in-
terdicto: quia quilibet Sacramentorum receptio, & adminis-
tratio in loco interdicto, vel personis specialiter interdictis
prohibita est. Secus vero his qui generaliter tantum interdi-
cti sunt in loco non interdicto, colligunt ex capite responsa de
sententi excommunicati. At nullibi invenimus Ordinis Sacra-
mentum exceptum, ergo intelligentem est prohibitum iuxta
textum in cap. si sententia de ferenti excommunicat. in 6. &
tradunt ferenti omnes Doctores teste Couarru. cap. alma. 2. p. §.
3. num. 4. Nauarre cap. 27. num. 179. Henr. lib. 1. cap. 4. 5. num. 2.
Sayro lib. 5. chesauri. cap. 7. num. 3. 5. Suar. disp. 3. sec. 1. num. 4. 5.
Filiius tract. 1. 8. cap. 2. num. 47. Bonacina disp. 5. punct. 3.
§. 3. numero 3. Paul. Layman. lib. 1. summo tract. 5. par. 4. cap. 2.
num. 2.

Dupliciter tamen est difficultas: Prima a Sabbatho sancto
in loco interdictio conferri Ordines possint? Ratio difficulta-
tis est, quia festivitas paschalis à Missa incipit, at Ordinem
collatio ex prescripto Ecclesiæ Missa, diuinique officiis eo
die peragendis est accessoria. Ergo concessa Missa, & diuinis
officiis, censetur debet concessa Ordinum collatio. Nihilominus
oppotuit pro certo censendum est cum Paludanum in 4.
disp. 1. 9. 8. in art. 2. princip. conclus. 6. Couarru. in cap. alma. 2.
p. 2. 3. num. 4. Sayro lib. 5. chesauri. cap. 7. num. 1. 9. Bonac. disp. 5. §.
3. num. 3. quia Ordinem collatio non est ita a celatoria cele-
brationi, & officiis diuinis Sabbathi sancti, quia absque illa
peragi possit. Non enim accedit necessarium, sed voluntarie,
quia Ecclesia non præcepit Ordines conferre, sed permittit.
Ergo ex concessione celebrationis, & officiorum diuinorum
hac Ordinem collatio non intelligitur concessa, alia in dies
bus quatuor temporum feruata moderatione cap. alma mater
possent Ordines fatem illi qui in clericalem statum sunt al-
cripi conferri, quod est falsum.

Secunda difficultas est de casu necessitatis, an si contingat
in aliqua provincia, esse tantam Sacerdotum penuria, ut
Sacramentum Penitentia, & Buckchristia commode infirmis

mis

ministrari non posset, licet eo casu esset ordinatio in loco interdicto? Negant Sylvest. verbo interdictum s. q. 7. Couartu. cap. alma. 2. p. §. 3. num. 4. Vgolin. tab. 5. capi. 7. §. 2. num. 2. eo quod ob hanc necessitatem nullib[us] inueniatur concessa huius sacramenti ministratio. Sed rectius docerunt contrarium Panormitan. in cap. Non est vobis num. 8. de sponsalib[us]. Henr. lib. 1. cap. 4. num. 4. Sayr. lib. 5. thesauri. cap. 7. num. 3. Villa-diego tractat. de irregulare. cap. 5. de interdicto. num. 3. Bonac. disputat. 5. punti. 3. §. 3. numero 3. Paul. Layman. lib. 1. sum. traſt. 5. par. 4. cap. 2. num. 1. & alij. Nam in e. alma mater permittunt aliquia Sacra menta administrari, & confici tempore Interdicti, consequenter ergo permittenda est ordinatio ministrorum qui ad id fuerint necessarij, alias inutilis esset talis concessio. Et confirmari a simili potest: ex eo namque quod tempore Interdicti conceditur Baptismi, & Confirmationis receptio, & ministratio, concessa censetur concessio Christiatis fine quo nec ministrari, nec recipi possunt. Cap. quoniam de sententia excommunicati in 6. Cùm ergo sacramenta ab aliis ministris ordinatis non possint confici, efficitur ex concessione sacramentorum concessum esse ministrorum ordinacionem. Hac procedunt causa quo necessitatem sit in loco interdicto ministros initiare, ut praedicta necessitati consulatur. Quod raro vel nunquam contingere potest, nam ut bene aduerit Sayrus d. c. 7. num. 3. debet Episcopus ad locum non interdictum accedere, vel ordinandos mittere ad Episcopos viciniores. At si hanc commode fieri non possunt, & tanta sit sacerdotum penuria, ut fidelium necessitati confuli nequeat, potest Episcopus in loco interdicto initiare eos tantum ministros qui arbitrio prudentis iudicentur necessarii.

24 Denique quoad Sacramentum Matrimonij attinet, controversia est inter Doctores, an in loco interdicto, vel per sonis generaliter interdictis administrari, vel recipi possit? Negant Vgolin. tab. 5. c. 7. §. 3. num. 1. & cap. 10. §. 1. num. 1. Suar. disp. 3. feb. 1. num. 5. 1. Sayrus lib. 5. thesauri. cap. 7. num. 4.3. Filiucus 11. 8. cap. 2. num. 5. & seqq. Bonac. disp. 5. p. 3. §. 3. num. 8. & alij apud ipsos. Duncunt ex illo principio: Quoties aliquid generaliter est prohibitum si non inueniatur exceptum prohibitiū esse censetur. Ex Texto in Clemens. 1. p. porro, de Verbor. significat. At generaliter sacramentorum receptio, & administratio tempore Interdicti prohibita est, nū in casibus à iure exceptis. Cap. si sententia de sententia excommunicati in 6. Ergo cum Sacramentum Matrimonij exceptum non inueniatur, negatur censeri debet. Et confirmari potest, si generali prohibitione recipiendi sacramenta Interdicti tempore Matrimonij exceptum est, cur in cap. alma mater, de sentent. excommunicati in 6. & cap. non est vobis, de sponsalib[us], & cap. quod in te de penitenti. Et remissib[us], non excipiunt, sicut excipiunt Baptismus, & Confirmationis, penitentia, & Eucharistia. Ergo ex horum exceptione colliguntur Matrimonium sub generali prohibitiōne comprehendentur esse. Secundo confirmo: excommunicationis etiam minori excommunicatione, cuiuslibet sacramenti etiam Matrimonij receptio prohibita est. Ergo etiam interdictis prohibita censeri debet, cum Interdictum gravior censura si quā excommunicatio minor.

25 Catetum verius censio licet in loco interdicto, & a personis generaliter interdictis matrimoniū recipi, quod docuit Panormit. in cap. non est vobis num. 8. de sponsalib[us]. Sylvest. verb. interdictum 5. num. 9. Nauar. cap. 27. num. 17. Henr. lib. 13. cap. 4. num. 3. Tolet. lib. 1. cap. 20. num. 9. Aulia 5. p. de censor. disp. 4. feb. 1. dub. 6. Coninch. disp. 17. dub. 2. num. 4. Sanch. lib. 7. de matr. disp. 8. num. 2. ubi plutes referit. Layman. lib. 1. sum. traſt. 5. par. 4. cap. 2. num. 1. Gaspar Hurtado in tract. de interdicto difficult. 8. Mouer, quia Matrimonium principale est contractus humanus, & politicus, cui ratio sacramenti ex Christi institutione annexa est: at contractus humani tempore Interdicti non prohibentur, ergo neque hic contractus ob sacramentum rationem adiunquunt censeri debet prohibitus, cum accessorium naturam sequatur principalis.

26 Neque fundamentum contrarium obest, quia generalis illa prohibitiōne intelligenda est de sacramentis purē spiritualibus, queaque Ecclesia ministris dispensanda committuntur, quale Matrimonium non est, cum contractui humano, & politico naturat, & ab ipsis contractibus ministratur, & recipiatur; & quae de causa non sunt necesse prohibitiōne generali excipi, quia sub ipsa non comprehendebatur. Ad secundam confirmationem, admitto excommunicato prohiberi receptionem Matrimonij, quia est quadam cum fidelibus communicationis, at interdictis generaliter non prohibetur.

27 Specialiter vero interdicti à Matrimonio contrahendo remouentur, si consumaces existant, quia obicem ponunt gratia per sacramentum matrimoniū recipienda. At si contriti sint & penitentes nullatenus à recipiendo Matrimonio excluduntur, squalia ex vi censoria interdicti non est prohibita Matrimonii receptio, sicuti notarunt Sylvest. Nauar. Henr. Tolet. & alij quos referit, & sequitur Sanch. lib. 7. de matr. disp. 8. num. 5.

28 Ex hac doctrina inferunt Rosella interdictum 2. num. 7. An-gcl. verb. interdictum 6. num. 3. Gacta repetit cap. ad limina 30.

9. §. 1. num. 5. 47. & sub dubio Abbas cap. non est num. 3. & Præposit. num. 7. de sponsalib[us]. benedictiones nupiales vulgo velaciones in loco interdicto, & per sonis interdicti literæ, quia hæc sunt Matrimonio accessoria. Ergo ille concessio hæc censende sunt concedi ex reg. accessorum 2. a. de Regal. Iuris in 6. & facit Textus in cap. quoniam de sententia excommunicati. vbi conceditur concessio Christiatis, eo quod sit accessoria Baptismo, & Confirmationi, quæ tempore Interdicti conceduntur. Sed omnino tenendum est tempore Interdicti hæc benedictiones conferri non posse. Vti docuit Nauar. cap. 27. n. 17. Henr. lib. 13. c. 44. n. 1. Sanch. innumeris referens d. disp. 8. num. 10. Sayrus lib. 5. cap. 7. num. 4. Bonac. disp. 5. p. 3. §. 3. num. 9. & alij passim. Et ratio est manifesta, quia haec benedictiones a sacerdote, & tempore M. illæ adhibitis quibusdam orationibus conceduntur, ac priode sub officio diuino continentur: at officium diuinum nullatenus licet tempore Interdicti a clericis peragri presentibus laicis, ergo haec benedictiones conjugatis virorum laicis nequeant in loco interdicto conferri. Quid si ipsi coniugati priuilegium haberet afflentis officiis diuinis tempore Interdicti, possent enim nupcialia benedictio seruata moderatione cap. alma mater. vti traxit Henr. Sayrus. Bonac. Sanch. Suan. loc. alleg. Neque rationes oppositorum, nam accessorum naturam principali sequitur, quando est eadem ratio in accessorio, ac in principali, c. dénumque dispositio. Quæ in prædicti non contingunt, nupcialia benedictio pertinet ad diuinam officia. Matrimonium non pertinet, & nupcialia benedictio tempore Interdicti specialiter prohibetur, cum tamen Matrimonij nulla absit prohibitiō. Ad textum in cap. quoniam respondeo esse disputationem, quia Christus est de necessitate sacramenti Confirmationis, & de precepro in Baptismo. Benedictiones vero de clentia, nec de præcepto sunt in Matrimonio contraria, cum absque supernatum benedictio peragi possit.

In illis vero quatuor festiuitatibus Natalis Domini. Pas. 1. cat. Peircostes, & Assumptionis B. Virginis, quibus festum Eucharistie per totam octauam additum est: ex vi Interdicti localis generalis licet eti. nupcialium solemnis, & publica benedictio, quia pro illis temporibus interdicti obligatio quod officiorum diuinorum celebrationem suspensa est, recente prohibitiōne quoad sacramenta; at nupcialium benedictio non sub sacramentis, sed sub officiis diuinis continetur. Ergo. Atque ita tradit. Sylvest. verb. interdictum 5. p. 2. dido 3. Couartu. cap. alma 2. p. 8. & num. 6. Henr. lib. 13. cap. 44. numero 1. Sanch. disp. 8. num. 15. Sayrus cap. 7. in fine. Bonac. p. 3. §. 4. num. 8. Notanter dixi Ex vi interdicti, quia aliunde nupcialia benedictio prohiberi potest, vt tempore Paschalis, & Natalis Domini prohibetur etiam, iure novo Trident. s. 2. 4. de matrimon. cap. 10.

Sed quid si coniuges interdicti existant, poteruntne in loco non interdicto benedici? Brevis sub distinctione respondeo, si tverque, vel alter sit specialiter interdictus, nullatenus benedictio concedi potest quin prius ab Interdicto absoluatur, quia hæc censura cum personam affectat, quoque sit ab officiis diuinorum afflentis cum removet id est hæc tverque coniux, vel falso vir fuit generaliter interdictus, neque per dominicilium mutatio net, aut alia via ab Interdicto non liberetur, quia co durante privatus est quilibet diuino officio; at si malis generaliter interdicta sit, non auctor vir, optimè benedictio poterunt Matrimonio contractio, quia per ipsum mulier fortius forum, munera, & honores sui viri, legem min. ff. de senatorib[us] leg. fin. Cod. de incols., ac proinde sic vir benedicti potest, sic ipsa, quia iam in ea Interdictum celsus, utpote que iam non pertinet ad communitem interdictum, sed ad sui viri communitem quæ ut supponitur, interdicta non est. Sic alius relatis docuerunt Sanch. lib. 7. de marit. disp. 8. n. 19. Sayr. lib. 5. thesauri. c. 7. n. 46. Bonac. t. 1. disp. 3. de censor. p. 3. §. 3. in fine.

§. II.

De secundo effectu Interdicti qui est priuatum diuinorum officiorum.

- 1 Quid sub nomine officij veniat intelligendum.
- 2 Ab hac prohibitiōne eximitur celebratio Missæ semper in hibdomada iure antequam nouo tempore relate in cap. alma mater concessum est Missas, & officia diuinæ celebrantur quatuor conditionibus appositis.
- 3 Hoc priuilegium concessum est non laicis, sed clericis, & sub nomine clericorum veniente.
- 4 Quicunque clericis etiam exteri admitti possunt.
- 5 Concessum est hoc priuilegium pro Ecclesiis, & Monasteriis.
- 6 Ad priuata oratoria, aliisque loca hoc priuilegium plures consenti extendi.
- 7 Probabilius est oppositum.
- 8 Satisfit contrariis fundamentis.
- 9 In locis in quibus, celebrari possunt Missæ & animas officiæ, quævis